

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Sapiencia uel sciencia az  
cum fonte primo

Virtutem si licebit in diuiciis explicabit,  
si minus in paupertate; si poterit in  
patria, si minus in exilio.

Ad utrosque casus aptus est: bonorum  
rector, malorum uictor.

Sapiens artifex est domandi mala: dolor,  
egestas, ignominia, carcer, exilium  
ubique horrenda; ad hunc  
peruenire mansueta sunt.

Seneca in epistola LXXXVI.

Sic sapiens  
virtutem, si licebit, in divitiis explicabit,  
si minus, in paupertate; si poterit, in  
patria, si minus, in exilio; si poterit,  
imperator, si minus, miles; si poterit,  
integer, si minus, debilis.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 85, 40 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.297, ll.5-8).

Ad utrosque casus aptatus est: bonorum  
rector est, malorum victor.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 85, 38 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.296, ll.26-27).

Sic  
sapiens artifex est domandi mala: dolor,  
egestas, ignominia, carcer, exilium  
ubique horrenda, cum ad hunc  
pervenere, mansueta sunt.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 85, 41 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.297, ll.15-17).